

www.e-rara.ch

Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Basileae, [1536-1538]

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: FM1 II 1-6

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-62470>

Commentaria in epistolam ad Colossenses

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A ^a ¶ Si qua uirtus, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate quæ & didicistis &c.] Virtus tolerantia siue laus conuersationis, & reliqua bona, quæ & didicistis uerbo, & accepistis exēplo & audistis auribus & uidistis oculis: hæc tantummodo cogitate. ^b ¶ Hæc agite.] Non enim sola sine actu sufficit cogitatio. Hæc posteriora, illa explanant superiora. ^c ¶ Et deus pacis erit uobiscum.] Si hæc non modo cogitetis, sed etiā facietis. ^d ¶ Gauisus autem sum in domino uehementer: quoniam tandem aliquādo reflorescistis &c.] Iterū florem boni operis recepistis, qui mei immemores occupatione non uoluntate arefacti, fueratis effecti. ^e ¶ Non quasi propter penuriā dico.] Non propter meam inopiam, sed propter uestrum fructum dico me esse gauisum. ^f ¶ Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse.] A Christo omnia æquanimiter ferre sum edoctus. ^g ¶ Scio & humiliari, scio & abundare. ^B Vbiq; & in omnibus institutus sum, & satiari & esurire & abundare & penuriā pati.] Ut nec abundantia extollar, nec frangar inopia. ^b ¶ Omnia possum in eo qui me confortat.] Dans intelligentiā, uel sua doctrina confirmat. ⁱ ¶ Veruntamen bene fecistis, communicantes tribulationi meæ.] Non enim debuit mea inopia uestrā impedire mercedem. ^k ¶ Scitis autem & uos Philipenses, quod in principio euāgelij quando profectus sum &c.] Quādo profectus sum, scitis, quia uos solos à quibus sumptus accepimus elegimus, fideliores uos omnibus iudicantes. ^l ¶ In ratione dati & acce-

pti, nisi uos soli.] Dantes carnalia, spiritualia acceptis. ^m ¶ Quia Thessalonicam semel & bis in usum mihi misistis: non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantē in ratione uestra.] Abundans fructus orationis est, cum sanctis etiam absentibus ministratur.

ⁿ ¶ Habeo autem omnia & abundo: repletus &c.] Prouocat eos laudando & gratias referendo. ^o ¶ In odorem suauitatis.] Odor suauitatis, nō in re oblata, sed in mentis deuotione consistit: sicut sacrificium Noe deus de Gen. 8. d. scribitur odoratus, Esai. 6. cū ipse dicat nec carnis nec animalium sanguine se delectari. ^p ¶ Hostiā acceptam placentē deo.] Notandū quod elemosyna hostia appellatur: quæ sicut à sanctis oblata, accepta est, ita eorum qui in peccatis durauerint reprobat. ^q ¶ Deus autem meus impleat &c.] Quia ut perfecti alia desiderare nō poterāt, nisi quæ sunt secundū diuitias dei non seculi, & quæ ad gloriā pertinet Christi. ^r ¶ Salutate omnem sanctū in Christo Iesu &c.] Erant enim omnes sancti quos saluare iubet & omnes præcepit saluari, sicut & in omnibus epistolis facit, & proculdubio uerum di-

bonæ famæ: si quia uirtus, si qua laus disciplinæ: hæc cogitate quæ & didicistis & accepistis & audistis & uidistis in me. Hæc agitē, & deus pacis erit uobiscum. Gauisus sum autem in domino uehementer: quoniam tandem aliquādo reflorescistis pro me sentire, sicut & sentiebatis. Occupati autem eratis. Non quasi propter penuriā dico. Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare. Vbiq; & in omnibus institutus sum: & satiari & esurire & abundare & penuriā pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Veruntamen bene fecistis, communicantes tribulationi meæ. Scitis autem & uos Philipenses, quod in principio euāgelij quādo profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi uos soli: quia & Thessalonicā semel & bis in usum mihi misistis: non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantē in ratione uestra. Habeo autem omnia & abundo. Repletus sum exceptis ab Epaphrodito quæ misistis in odorem suauitatis, hostiā acceptam placentem deo. Deus autem meus impleat omne desiderium uestrū secundū diuitias suas in gloria in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum: Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant uos qui mecum sunt fratres. Salutant uos omnes sancti: maxime autē qui de Cæsaris domo sunt. Gratia dñi nostri Iesu Christi cū spiritu uestro. Amen.

xiste credendus est: Si uere sancti erant, peccatores utiq; non erant, & quia non peccatores sed sancti erant tam poterant esse quod erant, quam poterant non esse quod non erant. Igitur sanctos homines hac ratione esse possibile est. ^s ¶ Salutant uos omnes sancti: maxime autem qui de Cæsaris domo sunt.] Qui sunt nuper de Cæsaris domo conuersi.

COMMENTARIA
ria in epistolam ad
Colossenses.

P AULUS apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater, his qui sunt colossis sanctis &c. Gratia uobis &c.] Et Christo Iesu domino nostro. ^u ¶ Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi &c. & dilectionem in omnes sanctos.] Si ne exceptione perso-

AD COLOSSENSES



P AULUS apostolus Iesu Christi per uoluntatem dei, & Timotheus frater, his qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu: Gratia uobis & pax à deo patre nostro. Gratias agimus deo & patri domini nostri Iesu Christi semper pro uobis orantes, audientes fidem uestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes: propter spem quæ reposita est uobis in cœlis: quam audistis in uerbo ueritatis euāgelij quod peruenit ad uos: sicut & in uniuerso mūdo est, & fructificat & crescit

narum uel noticiæ, solum diligitis in omnibus sanctitatem.

^x ¶ Propter spem quæ reposita est uobis in cœlis: quam audistis in uerbo ueritatis euāgelij &c.] Nō propter hominū laudem, sed propter uitam æternam quæ in Christo est. ^y ¶ Sicut & in uniuerso mūdo est, & fructificat.] Aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum, secundum parabolam seminantis. ^z ¶ Et

A **a** ¶ Et crescit.] In numero uel uirtute. **b** ¶ Sicut in uobis, ex ea die qua audistis &c.] Qui eius beneficia malis actibus non euacuant. **c** ¶ Sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro qui est fidelis &c.] Fideliter pro uobis in oratione incumbens, ministerium Christi exhibet uoluntate. **d** ¶ Qui etiam manifestauit nobis dilectionem uestram in spiritu. Ideo & nos ex qua die audi uimus, non cessamus pro uobis orantes & postulantes: ut impleamini agnitione uoluntatis eius in omni sapientia & intellectu spirituali: ut ambuletis digne deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia dei, in omni uirtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia & longanimitate cum gaudio, gratias agentes deo & patri: qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis sue: in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum. Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creature: quoniam in ipso condita sunt uniuersa in coelis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis ecclesie, qui est principium primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quae in coelis, siue quae in terris sunt. Et uos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu in operibus malis: nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere uos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso. Si tamen permanetis in fide fundati & stabiles & immobiles a spe euangelij quod audistis, quod praedicatum est in uniuersa creatura quae sub coelo est. Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro uobis, & adimpleo ea quae defunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Cuius factus sum ego minister secundum

C **e** ¶ Et ipse est ante omnes &c.] Dum per ipsum subsistunt. **f** ¶ Et ipse est caput corporis ecclesiae.] Quia omnes credentes, eius membra sunt. **g** ¶ Qui est principium primogenitus ex mortuis.] Incorruptibilis gloria. **h** ¶ Ut sit in omnibus ipse &c.] Tam in uisibilibus, quam in inuisibilibus creaturis. **i** ¶ Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem &c.] In alijs, hoc est, in apostolis, patriarchis, uel prophetis, gratia fuit ex parte. In Christo autem tota diuinitas habitauit corporaliter, quasi si dicas summa liter. **k** ¶ Et per eum reconciliari omnia in ipsum &c.] Per quem sunt homines emundati. **l** ¶ Siue quae in coelis, siue quae in terris sunt.] Terrena coelestibus, quae ab eis per contrarietatem uitae fuerant separata. Vnde orare docemur, ut uoluntas dei quem admodum celebratur in coelis, ita fiat & in terris. **m** ¶ Et uos cum essetis aliquando alienati & inimici &c.] Quae fuerint inimicitiae, euidentissime declarauit. **n** ¶ Exhibere uos sanctos.] Ne eius beneficium irritum facientes, sitis iterum inimici. **o** ¶ Et immaculatos & irreprehensibiles coram ipso.] Vide si sciebat se impossibilia praecipisse. **p** ¶ Si tamen permanetis in fide undati, & stabiles & immobiles.] Tunc poteritis immaculati esse, si hominum uos exempla minime decipiant, sed firmiter futura credatis. **q** ¶ A spe euangelij quod audistis.] Spem euangelij, contra euangelium uiuentes sperare non possunt. **r** ¶ Quod praedicatum est in uniuersa creatura quae sub coelo est.] Rationabili scilicet. Notandum sane quomodo omnem creaturam, homines solos nominauit. **s** ¶ Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo &c.] Pro alijs patitur: quia pro ipso ante passus est Christus. **t** ¶ Et adimpleo ea quae defunt passionum &c.] Usque adeo praesentibus non terreor persecutionibus, ut mihi paruum esse uideatur quod patior, quoadusque in me passio impleatur, sicut ad Hebraeos

C **Exod. 4. f**

A Hebraeos dicit: Vt nō fatigemini animis uestris deficientes, nondum enim usq; ad sanguinem restitistis. a ¶ Secundum dispensationem dei &c.] Doctrina euangelica, quam uobis gentibus iussus sum erogare. b ¶ Nūc autem manifestatū est sanctis eius &c.] Tempore quo

uoluit gentes uocare, quibus uoluit sanctis aperuit sacramentū. c ¶ Notas facere diuitias &c.] Quia idē dominus omnīū, diues in omnes qui inuocant illū. d ¶ Qd est Christus in uobis spes gloriae &c.] Iudaeum & Graecū, seruū & liberū. Si mul attende quod omnes sapientiam doceat. e ¶ Vt exhibeamus omnē hominem perfectū in Christo Iesu &c.] Notandū quod omnes conetur exhibere perfectos.

Cap. 11.

Volo enim uos scire qualem sollicitudinem habeam pro uobis & pro his qui sunt Laodiceae & quicunque non uiderunt faciem meam &c.] Qui si me uidissent, & charitatem meam erga se & diuitias mysterij plenius cognouissent: maiorē praestitissent affectum: & abundantiā rationis a me, quā ab ipso Christo didici docerentur, & per hanc cōsolationem fuissent cōsecuti. g ¶ In quo sunt omnes thesauri sapientiae &c.]

Esa. 33. b
Secundū Lxx

Qui latebant in literis legis, sicut Esaias ait: In thesauris salus nostra uenit. h ¶ Absconditi.] Qui Moyse erant uelamine cōtecti. i ¶ Hoc autem dico, ut nemo uos &c.] Idcirco melius fuisset, ut ego praesens instruerē, sed tamen breuiter omnem sapientiam in ipso esse cōplexā: ut sensum uel sermonem philosophiae quae contra illū est, non solum non timeatis, sed etiā stulticiae deputetis. k ¶ Nam & si corpore absens sum, sed spiritu &c.] Habebant hanc gratiam apostoli, ut alibi positi, quid alibi ageretur agnoscerent: sicut Helisai spiritus cum Giezi fuit in uia. Superplens id quod est de utilitate uestrae fidei: uel impleo qd praesentia implere non possum. l ¶ Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominū nostrū &c.] Exemplum Christi in uobis sufficit ad uitā, etiam si aliquid interim minus scientiae haberis. m ¶ Radicati & superaedificati in ipso.] Secundū robur fundamenti, ualidum aedificium supercreuit. n ¶ Et confirmati in fide &c.] Semper crescentes in illo, & pro omnibus beneficijs eius gratias

4. Reg. 5. g

referentes. o ¶ Videte ne quis, uos decipiat &c.] Contra philosophos ait, quorum omnis penē disputatio de elementis est, & de uisibilibus creaturis, & ex rebus naturalibus uirtutem existimant dei dicentes: ex nihilo fieri nihil posse, & animam, aut initium non habere, aut esse mortale, & uirginem parere omnino non posse: sed & deum ex homine nasci, mori, atq; resurgere stultū esse. p ¶ Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis.] Omnis plenitudo diuinae naturae in corpore eius inhabitat. q ¶ Et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus.] Si illius scientia docemini, qui prodidit initium inuisibili creaturae: quid uobis conferrent qui nihil plus intelligunt, q̄ quod uident. r ¶ In quo & circumcisi estis, circumcisione non manufacta in expoliatione corporis &c.] Hic iā pseudoapostolos taxat, ne ab ipsis quidā seducantur. s ¶ Sed in circumcisione Iesu Christi cōsepulti ei in baptismo.] Per quam totum hominem expoliastis. t ¶ In quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illū a mortuis.] Surrexistis in nouā uitam, credētes eum etiā propter hoc surrexisse. u ¶ Et uos cum mortui essetis in delictis & praeputio carnis uestrae.] Quia non solum peccātes, sed etiam non circumcisi in lege pariter damnabuntur: Cum ergo dupliciter indigni essetis, filiorum cōsortes effecti estis. x ¶ Conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta.] Auferēdo causas mortis, id est peccata. y ¶ Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrariū nobis &c.] Chirographum, maledictum legis est. Vnde alibi ait: Christus nos redemit de maledicto legis, quia in eo continetur: Maledictus omnis qui non permanferit in libro legis, ut faciat ea. Quidam uero chirographum dicunt esse, quasi scriptam quandam apud deum memoriam peccatorum. Vnde ipse in Captiuis dicit: Nonne haec cōgregata sunt apud me, & signata in thesauris meo? Et Hieremias ait: Peccatum Iudae in ungue adamantinio. Etiam haec delata est in cruce, dum dimissis peccatis, etiam memoria oblita est delictorum.

¶ Et

referentes. o ¶ Videte ne quis, uos decipiat &c.] Contra philosophos ait, quorum omnis penē disputatio de elementis est, & de uisibilibus creaturis, & ex rebus naturalibus uirtutem existimant dei dicentes: ex nihilo fieri nihil posse, & animam, aut initium non habere, aut esse mortale, & uirginem parere omnino non posse: sed & deum ex homine nasci, mori, atq; resurgere stultū esse. p ¶ Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis.] Omnis plenitudo diuinae naturae in corpore eius inhabitat. q ¶ Et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus.] Si illius scientia docemini, qui prodidit initium inuisibili creaturae: quid uobis conferrent qui nihil plus intelligunt, q̄ quod uident. r ¶ In quo & circumcisi estis, circumcisione non manufacta in expoliatione corporis &c.] Hic iā pseudoapostolos taxat, ne ab ipsis quidā seducantur. s ¶ Sed in circumcisione Iesu Christi cōsepulti ei in baptismo.] Per quam totum hominem expoliastis. t ¶ In quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illū a mortuis.] Surrexistis in nouā uitam, credētes eum etiā propter hoc surrexisse. u ¶ Et uos cum mortui essetis in delictis & praeputio carnis uestrae.] Quia non solum peccātes, sed etiam non circumcisi in lege pariter damnabuntur: Cum ergo dupliciter indigni essetis, filiorum cōsortes effecti estis. x ¶ Conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta.] Auferēdo causas mortis, id est peccata. y ¶ Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrariū nobis &c.] Chirographum, maledictum legis est. Vnde alibi ait: Christus nos redemit de maledicto legis, quia in eo continetur: Maledictus omnis qui non permanferit in libro legis, ut faciat ea. Quidam uero chirographum dicunt esse, quasi scriptam quandam apud deum memoriam peccatorum. Vnde ipse in Captiuis dicit: Nonne haec cōgregata sunt apud me, & signata in thesauris meo? Et Hieremias ait: Peccatum Iudae in ungue adamantinio. Etiam haec delata est in cruce, dum dimissis peccatis, etiam memoria oblita est delictorum.

Gal. 3. b
Deut. 31. e
Hier. 17. d

¶ Et

A a ¶ Et expolians principatus & potestates. ¶ Vt per morrē destrueret eum qui habebat mortis imperium, se offerendo pro eis. b ¶ Traduxit confidenter palam &c.] Deuicit palam crucifixus, confusione contempta triumphauit: nō occidendo, sed moriendo: ut nobis con-

sapientia & abstinentia specie subornatur. In qua tam uana est corporis afflictio: tam stulta meditationis inreio: cuius bonum ad capiendas & infirmas mentes: qua si quidam laqueus diabolo aucupate, pratenditur: quo facilius malum suum sequens inducat.

Cap. III.

Igitur si consurrexistis cum Christo. ¶ Consequenter primo commortuos, deinde consurrexisse nos dicunt: nec solū terrā mori, sed etiā cōlo nos uiuere hortatur: nihil inquit terrenum am- biatis, nihil mortale quaratis. p ¶ Quae sursum sunt sapite, nō quae super terram &c.] Cōlestē secta- mini sapientiam: sed nos laboriosius hu- manae sapientiae stu- dium impendimus, & artibus uilissimis ingenium occupamus.

q ¶ Et uita uestra abscondita est cū Christo in deo &c.] Quia filij dei cū sumus, non dū apparuit. Scimus quoniam cum appa- ruerit, similes ei eri- mus. Non ergo debe- mus hic nostrā qua- rere gloriam, in pra- scnti: ne de nobis qd- dicatur: Perceperunt mercedem suam.

r ¶ Mortificate ergo &c.] Quod professi estis, implete. s ¶ Mēbra uestra quae sunt super terrā. ¶ Mem- bra uitiorum uestro- rum: siue malū mem- brorum, nominat ue- stra mēbra. t ¶ For- nicationem, immun- diciam, libidinem.] Omnē impudiciā & immundiciā & li-

1. Ioan. 3. 4

D

Dan. 9. f
Psalm. 8. e

illud cruci: & expolians principatus & potestates tradū- xit confidenter palam, triumphans illos in seipso. Ne- mō ergo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia, aut sabbatorum: quae sunt umbra futurorum, corpus autē Christi. Nemo uos seducat uo- lens in humilitate & religione angelorum, quae non ui- dit, ambulans frustra inflatus sensu suae carnis: & nō tenens caput, ex quo totum corpus pēr nexus & cōiun- ctiones subministratum & constructum crescit in au- gmentum dei. Si ergo mortui estis cum Christo ab ele- mentis huius mundi: quid adhuc tanquā uiuentes mun- do decernitis? Ne tētigeritis, neq; gustaueritis, neq; cō- tractaueritis: quae sunt omniā in interitu ipso usu secun- dum praecepta & doctrinas hominum, quae sunt ratio- nem quidem habentia sapientiae in superstitione & hu- militate: & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

Cap. III.

Igitur si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt inquirite: ubi Christus est in dextera dei sedens: Quae sursum sunt sapite, non quae super terrā. Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Cum autem Christus apparuerit uita uestra, tūc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo mem- bra uestra quae sunt super terram, fornicationem, im- mundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, & aua- riciā, quae est simulacrorum seruitus: propter quae ue- nit ira dei super filios incredulitatis, in quibus & uos ambulastis aliquando cum uiueretis in illis. Nunc au- tem deponite & uos omnia, iram, indignationem, ma- liciā, blasphemiam, turpem sermonem de ore uestro. Nolite mētiri inuicē, expoliantes uos ueterē hominem

cum

bidinem nominauit. u ¶ Concupiscentiam malam. Est enim concupiscentia bona. Vnde Daniel uir concu- piscentiarum appellatur. Et Dauid inquit: Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. x ¶ Et auariā, quae est simulacrorum seruitus.] Nihil prodest deo no- mine, & idolis operibus seruire. y ¶ Propter quae ue- nit ira dei super filios incredulitatis.] Super Sodomā & eos qui in diluuiō perierunt. Ex praeeritis ergo exem- plis, futura timenda sunt. z ¶ In quibus & uos ambu- lastis aliquando &c.] Nolite itaq; nunc ambulare, ne frustra uideamini credidisse. a ¶ Iram, indignationem, maliciā, blasphemiam.] Ipsa est quae inebriat men- tem, per maliciā inferre alteri, quod pati nolis.

b ¶ Turpem sermonem de ore uestro &c.] Quia hic in disciplinis filiis hominū non conuenit educatis: quan- to magis dei, quibus non minus est turpis sermo quam actus. c ¶ Nolite mētiri inuicem.] Non decet mē- tiri inuicem filios ueritatis, cum de ueritate non sit om- ne mendacium. d ¶ Expoliantes uos ueterem homi- nem cum actibus suis.] Cum actibus uoluptatum.

¶ Et

i ¶ Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi.] Possunt intelligi etiam auaricia, luxuria, & cetera his similia. k ¶ Quid adhuc tanquam uiuentes &c.] Ne similitu- dinem quidem ullam uiuentium in mundo uoluit nos habere, hoc est, illorū qui futura non credunt. l ¶ Ne tētigeritis, neq; gustaueritis &c.] Illo tactu & gustu & confectione, quo hi qui in cōcupiscentijs abutuntur, & terrena diligunt pro aeternis. m ¶ Quae sunt omnia &c.] Ex partibus mundi, conditionem ipsius aduer- ti- mus: cui enim membra componuntur atq; soluuntur, necesse est ut totus aliquādo compositus fuerit, & quan- doq; soluatur: Non ergo mortalia pro immortalibus de- bent diligere & aeternis. n ¶ Secundum praecepta & do- ctinas hominum &c.] Secundum quod multi etiam homines, natura docente tradiderūt: quod inuidus esset aliquando soluendus, & ideo deū quem solum aeternum intellexerunt, licet superstitiose, tamen humiliter uenera- ti sunt, & non parcendum duxerūt corpori, nec carnem in saturitate honorandam, utpote moriturā. Aiter: Non uos seducat philosophia ad humanam doctrinam, quae

A ^a ¶ Et induentes nouum, eum qui renouatur in agnitione dei.] Cum cognouerit cuius imago est, & inquantū debet & potest, nititur simulare. ^b ¶ Secundum imaginem eius qui creauit eum.] Exposuit imaginem in actu consistere. ^c ¶ Vbi non est masculus & femina, gentilis & Iudæus, circuncisio &c.] Apud deum nō praiudicat sexus, uel genus, uel conditio, sed conuersatio sola. ^d ¶ Sed omnia & in omnibus Christus.] Omnes quicūq; baptizati sumus, Christum induimus. ^e ¶ Induite uos ergo sicut electi dei, sancti & dilecti.] Illa deponētes induite: quia ad hoc facti estis. ^f ¶ Viscera misericordiæ, benignitatem &c.] Quia illa membra dixerat, hæc viscera nominauit. ^g ¶ Supportantes inuicem.] Exemplum Christi, qui infirmitates nostras portauit. ^h ¶ Et donantes uobismetipsis.] Indulgentes inuicem sicut Christus omnibus indulgit: etiam pro persecutoribus orans, ut & nobis a patre cœlesti debita remittantur: ne impleatur in uobis illa sententia: Homo homini reseruat irā, & a domino querit medellā &c. ⁱ ¶ Si quis aduersus aliquē habet querelam.] Vnusquisq; maliciæ proximi sui nō meminerit, ne forte exigentes a conseruis, etiam propria indulta reddere cogamur. ^k ¶ Sicut & dominus donauit uobis, ira & nos.] Si ille indulgit qui potuit, uindicta aut nulla, aut satis parua est. ^l ¶ Super omnia aut hæc, charitatem habete.] Super hæc omnia est charitas: quia omnē quem diligimus, sustinemus, & non omnem quem sufferimus, diligimus. ^m ¶ Quod est uinculum perfectionis.] Charitas enim multa membra in unum colligit corpus. ⁿ ¶ Et pax Christi.] Non seculi, quam nobis reliquit: qui pro omnibus mortuus est, & nos inimicos dilexit. ^o ¶ Exultet in cordibus uestris, in qua & uocati estis in uno corpore.] Non in facie fallaciter arridente, uel sermone doloso. ^p ¶ Et grati estote.] Beneficijs scilicet Christi. In nonnullis exemplaribus habet, gratia estote: hoc est, nolite legi assimilari quæ uicem reddit, sed gratia: quæ ignoscit etiam inimicis, & pro eis dominum deprecatur. ^q ¶ Verbum Christi habitet in uobis abundanter.] Hic ostenditur uerbum Christi non sufficienter, sed abundanter etiam laicos habere debere, & docere se inuicem uel monere. ^r ¶ In omni sapientia docentes & cōmonentes uosmetipsos.] Ut sapienter & ratio-

nabiliter proferatur. ^s ¶ In psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus in gratia.] Psalmis, ut David: hymnis ut trium puerorum: canticis, ut Moysi, & cæterorū, quæ sunt spiritualia, & non carnalibus uel turpibus canticis. ^t ¶ Cantātes in cordibus uestris domino.] Nusquam legimus aliquem sine uoce cātasē. Vnde de necesse est hic, in corde, ex corde intellegi: scilicet, ut non solum ore, sed etiā corde cantemus: Confitebor, inquit, tibi domine in toto corde meo. ^u ¶ Ome quodcūq; facitis in uerbo aut in opere &c.] Siue docetis, siue operamini, nihil ad uestram, sed omnia ad domini gloriam faciatis: deo gratias referentes, qui filium suū ad hæc docēda destinare dignatus est: siue per actus uestros deo gratia referantur. ^x ¶ Mulieres subditæ estote uiris uestris &c.] Secundū legem, in his quæ conueniunt domino. ^y ¶ Viri diligite uxores uestras &c.] Nunq̃ rem naturalem hortaretur, nisi continentes esse cœpissent, sicut ad Ephesios plenius notatum est. ^z ¶ Patres nolite ad indignationem prouocare filios uestros: ut non pusillo animo fiant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus: nō ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes: sed in simplicitate cordis timentes dominū. Quodcūq; facitis, ex animo operamini sicut domino, & non hominibus, scientes quod a domino accipietis retributionem hæreditatis, domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique gessit. Et non est personarum acceptio apud deum.

Caput.

IIII.

Domini

ad hoc tantum, ut hominibus uideamini carnalibus laborantes. ^c ¶ Sed in simplicitate cordis timentes &c.] Qui ubiq; semper uidet, & custodit omne quod factum est. ^d ¶ Quodcūq; facitis, ex animo operamini: sicut domino & non hominibus.] Non necessitate conditionis, sed religionis facite uolūtate: ut per opera uestra domino gratia referantur, cum ex tempore credulitatis talia uiderint proficisci. ^e ¶ Scientes q̃ a domino accipietis retributionē hæreditatis.] Nolite putare uestrum infructuosum esse seruitium quod propter deum exhibitum, cœlesti remuneratione pensabitur. ^f ¶ Domino Christo seruite.] Ipse enim seruit deo, qui propter ipsum homini seruit. ^g ¶ Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod inique gessit. Et non est personarum acceptio apud deum.] Siue seruus qui dominum contempserit: siue dominus qui seruū inique tractauerit: ideo hoc dicit ut consolationem habeant, scientes suam inultam non esse iniuriam apud deum.

Cap. IIII.

Domini

A Domini, quod iustum est & æquum, seruis præstate.] Patres magis uos sentire debent q̄ dominos. Vnde & patres familias appellantur. **b** ¶ Scientes quoniam & uos dominum habetis in cœlo.] Qualem circa uos dominū uultis esse, tales & uos estote conseruis. **c** ¶ O,

ta faciet, Tychicus charissimus frater &c.] Securos illos uult esse de sua incolumitate, ne hac essent tristitia occupati. **n** ¶ Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus.] Simul uinctus erat, siue compatiabatur charitatis affectu. **d** ¶ Et Marcus consobrinus Barnabæ, de

quo accepistis mādāta &c. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei &c.] In nouo testamento, per quod intratur regnū, sicut satanas mors dicitur, quia ipse causa mortis. **p** ¶ Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei.] Iam erāt perfecti, qui per seuerare monentur. Laborē ergo eorum suis orationibus adiunabat. **q** ¶ Testimoniū enim illi perhibeo &c.] qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli.] Tales erant primiti temporis discipuli apostolorum, ut imitarentur magistros, & pro omnium essent salute solliciti. **r** ¶ Salutat uos Lucas medicus charissimus, & Demas.] Euangelista ex medico erat, sicut Matthæus iam apostolus adhuc dicitur publicanus. **s** ¶ Et dicite Archippo: Vide ministeriū qd̄ accepisti in dño, &c.] Hic diaconus fuisse perhibetur. **t** ¶ Salutatio mea Pauli. Memores estote uinculorum meorum &c.] Siue orate, ut reddat uobis siue mementote, quia uestri hæc patior causa, & imitamini tolerantiam passionum.

Esa. 50. b
secundū Lxx

Domini quod iustum est & æquum, seruis præstate, scientes quoniam & uos dominum habetis in cœlo. Orationi instate, uigilantes in ea in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi: propter quod etiā uinctus sum, ut manifestem illud, ita ut oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tēpus redimentes. Sermo uester semper in gratia sale sit cōditus, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuiq̄ respondere. Quæ circa me sunt, omnia uobis nota faciet Tychicus charissimus frater & fidelis minister, & conseruus in domino: quem misi ad uos ad hoc ipsum, ut cognoscat quæ circa uos sunt, & cōsoletur corda uestra cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui ex uobis est, qui omnia quæ hic aguntur, nota facient uobis. Salutat uos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcellus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata. Si uenerit ad uos, suscipite illum. Et Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circūcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerūt solatio. Salutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi Iesu, semper sollicitus pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni uoluntate dei. Testimoniū enim illi perhibeo, quod habet multum laborem pro uobis, & pro his qui sunt Laodiceæ, & qui Hierapoli. Salutat uos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo eius est ecclesia. Et cum lecta fuerit apud uos epistola hæc, facite ut & in Laodicensi ecclesia legatur, & ea quæ Laodicensium est, uobis legatur. Et dicite Archippo: Vide ministeriū quod accepisti in domino, ut illud impleas. Salutatio mea manu Pauli. Memores estote uinculorum meorum. Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscum: Amen.

2. Pet. 3. c
ueritati. Vnde & Petrus ait. Parati semper ad satisfactionē &c.] **m** ¶ Quæ circa me sunt, omnia uobis no

COMMENTARIA IN EPISTOLAM primam ad Thessalonicenses.

Christo.] Quia per fidem filij, tam in patre q̄ in filio erant: Quia quicūq̄ confitetur filium & patrem habet.

Paulus & Siluanus & Timotheus ecclesie Thessalonicensium.] Quia per ipsos filijs uerbum fuerat nuntiandum, sicut & Corinthijs, quod & ad eosdem in secunda commemorat. **x** ¶ In deo patre nostro, & domino Iesu

AD THESSALONICENSES EPISTOLA PRIMA



PAULVS & Siluanus & Timotheus ecclesie Thessalonicensium in deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Gratia uobis & pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione

y ¶ Gratia uobis & pax.] A deo patre scilicet & domino nostro Iesu Christo. **z** ¶ Gratias agimus deo semper pro omnibus uobis.] Quia omnium nobis grata memoria est. **a** ¶ Memoriam uestri facientes in orationibus nostris sine intermissione.] In ista desinent